



~~17~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.

SVPREMVM OFFICIVM

V I R O

MAGNIFICO, SVMME REVERENDO
AMPLISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO
CASPARI
LOESCHERO

THEOLOGO

DE ECCLESIA LVThERANA

IMMORTALITER MERITO

IN ALMA HAC LEVCOREA THEOLOGIAE

PROFESSORI PRIMARIO

EIVSDEM FACVLTATIS ET TOTIVS ACADEMIAE SENIORI

CONSISTORII ECCLESIASTICI ASSESSORI

ECCLESIAE PAROCHIALIS PASTORI

ET CIRCVLI ELECTORALIS

SUPERINTENDENTI GENERALI

GRAVISSIMO

DIE XI. IVL. ANNO c13 1300 XVIII.

CVM MAXIMO OMNIVM BONORVM LVCTV DEFVNCTO

IPSO EXEQVIARVM DIE

DOM. IX. TRIN. PRAESTITVM

COLLEGIS, FAVORIBVS
ET AMICIS.

VITEMBERGAE LITERIS VIDVAE GERDESIAE.



SUPREMA OFFICINA
MAGNifico SVNTE REVERENDO
AMPLISSIMO ATOVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO
CASPARI
LOESCHERO

THEOLOGO
DE ECCLESIA LUTHERANA

IMMORTALITER MERITO
IN ALMA HAC LEOGOREA THEOLOGIAE
PROFESSORI PRIMARIO
EIVSDEM FACULTATIS ET IONIS ACADEMIAE SENIORI
CONSISTORII ECCLESIASTICI ALESSANDRI
ECCLESIAE PAROCHIALIS PASTORI
ET CIRCULARI PASTORALI

SVPERINTENDENTI GENERALI
GEAVISSIMO

DIE XI M. L. ANNO MDCCCLXXXIII
CVM MAXIMO OMNIVM BONORVM FELICIVM DEIVOTO
1850 EXEQUIARVM DIE
DUM IN TRIN. PRESENTIVM

COLLEGIS, FAVORIBVS
ET AMICIS.

LITENBERGAE LITERIS VIDVAE GERDESIAE





LOESCHERVM celebrent alii, nunc
morte beatum.

Hoc ego laudandum nomine lau-
do Senem:

Theiologus moderatus erat, prudens, sine fastu.

Quid tali Elogio dignius esse potest?

Omnium instar laudum hoc Elogium esse voluit

MARTINVS HASEN,

Moralium ac Civilium P.P. h. t. Acad.
PRO-RECTOR.

Erudiisse gregem doctrina & moribus aequis,
Grata Deo res est, utilis ac homini;

Spernere sed leges, & legem velle docere,

Res est, quæ Christo displicet, atque nocet.

Magna manent fidos doctores præmia; vitæ

Huius prosperitas, alteriusque salus.

LOESCHERO nostro nunc obtigit vitæque?

Quare

Gens lugens eius pelle Tuas lacrymas

NICOL. LVDOV. S. R. I. Comes a Zinzendorff
& Pottendorff.

Festâ

A 2

GOTTILF VVERNSDORFFVS. D.
EDIT. TM.

Festa Senectus; Eras ruituri corporis hospes,
 Quo bonitate DEI nunc resoluta viges.
 Cum Sueuus caderet, gemuerunt carmina, quæ, TE,
 Demonstrant, Dominum velle videre Tuum.
 At bene fecisti, quod ei commiseris horam,
 Qui patitur, suus vt det bona quæque cruor;
 Fundit & ostrinos riuos Deus ipse, repostis
 In patris excelli corde animaque manus.
 Nil T ua retulerat, tenearis an amplius orbe,
 Inter an electos iubila læta canas.
 Exactus labor est modo nunc: Requiesce; triumphus,
 Quem Tibi decreuit Rex Tuus, insequitur.
 GEORGIUS S. R. I. Comes a Werthern.

Der graue Scheitel ist ein seltnes Gnaden-Zeichen/
 Wie wenig können ihn zu dieser Zeit erreichen?
 Die meisten Menschen trifft ein unverhoffter Schlag/
 Eh' ihre Eigenschafft sich nutzbar zeigen mag.
 Dort muß ein junges Blut auff Stahl und Flammen sprützen:
 Sie kan der sichere Herd nicht vor dem Falle schützen:
 Auf sonderbare Art wird mancher hingerafft/
 Der sich den Augenblick erst in die Welt vergafft.
 HENR LOESCHER / welchen wir in dieser Schrift beklagen/
 Kan unter Tausenden von Glück und Ehre sagen:
 Von Glücke; Denn er starb alt / Ruhm-und Lebens satt/
 Von Ehre; Weil er Gott allhier gedienet hat.
 Moritz Carl Graf zu Lynar.

Occidit in nostro, mentes advertite! coelo,
 Quae fuerat primae Stella corusca notae;
 Stella, suos totum radios quae misit in orbem,
 Qua colit is veram cum pietate fidem.
 Nunc nigra terreret nos nox, nî sidera nobis
 Essent ex tanto fidere plura super.

*Supremis Honoribus Summe-Venerandi totius Academiae
 Senioris, Theologi aetate, doctrina, meritis, fama,
 gravissimi, iubeus, at lugens, dabat*

GOTTLIEB VVERNSDORFIVS, D.
 E III T M.

ΕΠΙΤΥΜΒΙΟΝ

Vener. D. LOESCHERI.

Octenos decies postquam numeraverat
annos

LOESCHERVS felix, addideratque duos.

Et celebris meritis & posteritate perennis

Hic gaudet canos composuisse suos!

Exuvias mundi faturas haec colligit urna:

Spiritus ex scriptis cognitus astra colit.

Officii luctusque testandi causa scripsit

MARTINVS CHLADENIVS, D.

Quem modo lugebat Suevum LOESCHER-
RUS Amicum,

Nunc lenta sequitur morte peremptus item.

Leucoris alma, dole, pullatas indue vestes,

Nam mors Prudentes abstulit atra Senes.

J. B. WERNHER. D.

ORDINARIUS.

LOESCHERVS moritur, meritis uenerandus
et annis,

Gloria qui nostrae magna Sionis erat.

Cui pietas, cui prisca fides, longique labores,

Famam et perpetuum conciliare decus.

Fle, Viteberga, Virum, Senioris funera desse,

Et tumulum lacrymis perge rigare tuis.

Scilicet haud meritis, haud, fatum, flecteris annis,

Succumbitque tuis legibus omnis homo.

B

TV

TV tamen haud omnis moreris, superadderis
astrum
Astris, intuitus nunc sine fine Deum.
Felix, qui TEcum, uitae satur atque laborum,
Collustrata animo coelica regna tenet.

*Beato Viro, Senioque et meritis uenerando, lugens
admodum dabat*

GEBH. CHRIST. BASTINELLER, D.

Mandamusterrae meritis uenerabile & annis
Corpus, nec rara prosperitate minus.
At mens, doctrina multa & pietate coruscans,
Vsq̄ue Deo sancto iubila laeta canit.

*Venerabilis Senis mortem toti Ecclesia funestam
lugebat*

GODFRIDVS LVDOVICVS MENCKEN,
D. P. P.

LOESCHERVS moritur nostrae Cynosura Sionis,
Quam vita erudiit dogmatibusque diu.
Non moritur, vixit post fata relatus ad astra
Aeternum: fundit gaudia mille poli:
Vixit & in scriptis hic, pignoribusque relictis,
Quae, raro exemplo, munera celsa ferunt.
Curia, suggestus, cathedrae decorantur ab illis,
Hae & Hygea, Themis, Theologia fouet!
Vixit nunc lacrymas moesti de funere; laudes
Exincti extinguunt tempora nulla Viri.

*Summe reuerendi Praefuli piissime defuncti honori, atque
obseruantiae erga eius nominis, honorum, virtutum,
meritorum dignissimos haeredes*

L. M. Q. P.

IACOBVS CAROLVS SPENER,
D. & P. P.

Dive Senex, satur aetatis, jam fluxa relinquis
Gaudia, nunc precibus tot repetita capis.
Pugnatum satis est, Tibi jam, Dux inclyte, Lauros
Aethereas confert dextra benigna Dei.

Praemia

Praemia debebas operosae sumere vitae,
Fasque est, ementis fluctibus, ire domum.
Gloria summa TIBI manet indelebilis omni
Tempore, non cineres, non fubitura rogos.
Vivis post mortem, cuius post funera vivunt
Nescia scripta mori, tempus in omne manent.
LOESCHERI nomen semper laudesque virebunt
In terris, donec cuncta caduca ruunt.

*Memoriae Summi Theologi, & de Ecclesia universa
immortaliter meritis debebas*

D. CHRISTIANVS VATER,
P. P. & Arch. Anhalt.

Si Tibi, Diue Senex, pietas delubra recludit,
Leniter hac corpus sede reponere pium.

Si templum pietatis habes, hoc aggere ducto
Virtutis referas praemia iusta tuae.

Si placidas referat mens recti conscia portas,
Molliter, hic, posco, membra reposita cubent.

Si spes, sique fides, pandunt coelestia regna,
Aede sub hac cineres spesque, fidesque, colant.

Aut si quas habitat Pietas, Tibi condidit arces,
Non aliis condi nobilis urna decet.

His claudi par est corpus penetralibus, in quo,
Dum nixit, innectae tot uigere deae.

Mutasti superis terram mortalia coelo,
Et nolupe est Christo iam propiore frui.

*Diuo Seni multis, & immortalibus, meritis in Ecclesiam,
& hanc Academiam, insigni, moestissimo animo ul-
timum pietatis officium perfoluit*

A. BRENDELIUS,
D. Anatom. & Botan. P. P.

Zion führt gerechte Klagen über ihres Hirten Tod /
Und gedenkt mit bitteren Thränen an das süsse Himmels-
Brod /
So ihr Gott so lange Zeit Ihren Löcher reißen lassen /
Besser / als die Juden dort / die das Mann mit Eckel aßen.
Es

Es erinnert sie Sein Schatten/ mit was Geist Er sie gelehrt;
Manchen Fuchs mit helfen fangen/ der des HErrn Berg
verheert;

Manchen Sieg vor Gottes Heer auch im Alter noch erstritten/
Wenn das Himmelreich Gewalt über sein Gebeth erlitten.
Zion/ mindre deine Klagen/ preise Gott an deren statt/
Daß er dir Elias Predigt so viel Jahr gegönnet hat/
Wünsche doppelt Seinen Geist und Sein zeitig Glück darneben
Dem Elsa/ so er dir wird zum Hirten wieder geben.

Ita lugens plorat

CHRISTOPH. HENRICVS BERGERVS, D.
Ord. Iur. Assessor, h. t. Decanus.

Sufficit. Heroes cecidere: quiescite, Parcae.
Sufficit: Ah! reliquis parcite, quaeſo, Viris.
HORNIVS & SVEVVS, celebres in Jure periti,

cruenta

Sunt vobis facti praeda, jucunda nimis.

*cruenta
non popo.*

Nondum duxerunt immania vulnere callum;

Vulnera vulneribus jungitis atra malis.

LOESCHERVS fuerat sanctae fortissimus
Hector

Militiae, Trojae murus & arma sacrae.

Coetum consiliis, scriptis, precibusque juuabat

Numinis: ac istum surripuisse juuat?

Surripuisse juuat: sed nos exinde dolores

Quantos ceperimus, lingua docere nequit.

*Sic pius celeberrimi Vitenbergensium Theologi
manes lugebat*

M. JOH. SAM. LVPIVS,

Fac. Phil. Assessor, ejusdemque p. t. Decanus,
& Com. Pal. Caesar.

Hac

Hac pietas, hac prisca fides, venerandaque virtus,
 Hac nivea integritas, contumulatur humo.
 O! quoties, subeunt vultus, candorque, decorque,
 Quam subit Ingenii vis operosa Senis.
 Crudelis, nimum, Clotho! quaenam ista ruina est?
 Invida cur nobis, cur bona tanta rapis?
 Sed bene habet! pia mens colit, unde recesserat, arces
 Aethereas, odio, quicquid amamus, habet.
 DIUE! cubes, tumulo, feliciter, ultima donec
 Hora, iterum, jungat TE mihi, meque TIBI.

Summis Pie DEFUNCTI, Collegae, Affinis, atque Compatris,
 olim conjunctissimi, nunc desideratissimi, meritis, & supre-
 mis Ejusdem honoribus, pauca haec, *επιτάφιος*, dabit.

JO. CHRISTOPHORVS WICHMANSHAVSEN,
 LL. OO. Prof. Publ. & Facult. Phil. Senior.

Gloria virtutis, Prolis quoque gloria, quantum
 LOESCHERO pariunt, sorte uigente,
 decus!

Ante rogam quēquam si quaeris forte beatum,
 Respice LOESCHERI mitia fata, Solon.

Amplissimo, Celeberrimoque, Nomini
 LOESCHERIANO pietatem obser-
 vantiamque declarat

IO. GVILIELM. BERGERVS

Quid est homo? fumus, fimus, pulvis, cinis,
 Quid vita? crux, doloris officinaque,

Vel carcer, inquietis omnis pabulum.

LOESCHERE, felix ter quaterque factus es,
 Tranquilliore morte vitam finiens.

O disce, disce *γινῶθι σ' αὐτόν*, quisquis es!

Brevis, levis felicitas mortalium.

GEORG. GVIL. KIRCHMAIERVS.

C

In

In laudem satis est LOESCHERI dicere Divi,
In multis illum non habuisse parem.
In cunctis vellem rebus quoque dicere, si quis
Esset & ex omni parte beatus homo.
Hoc certe exemplo docuit nos Divus, in ipso
non aliquos dici Codice jure suo.

*Supremis honoribus Viri & aetate, & doctrina, & meritis,
& munerum splendore magni gravissimique
haec dabat*

HENR. REAUSINGI

Theol. D. Ejusdemq. & Math. P. P.

Tolluntur sancti, ne cernant tristia tristes
Tempora, prae foribus quae monet ipse DEVS.
Eben! quam tristes cernunt haec tempora casus,
Et luctus portat quaelibet hora novus.
Omnibus hisce malis ereptus in aethere vivens,
Suaavia coelestis gaudia lucis habes.
Ergo ter es felix, coelo dignissime LOESCHER,
Aeternis fruere, quae TIBI parata, bonis.
Quare age, vive, vale vita meliore superstes,
In Domino sola est vivere vita pius.

Lugens scribetur

ERN. CHRIST. SCHROEDERVS,

Log. & Philof. prim. Prof. Publ.

Qui canam fera concludis morte senectam,
Plus quam Nestoriam vitare dignus eras.
Omnia sed Pyliae iam vincis tempora vitae,
Et meritis aequas saecula multa tuis.
Clarum LOESCHERI nomen, post fata superstes,
Florebit, patrias dum uehet Albis aquas.

*Suprema honori Senis summe venerabilis, cum luctu &
obseruantiae reificatione, d.*

JO. GVIL. JANVS,

Phil. P. P.

Hoc marmor venerare, precor, venerare, Viator,
Non vulgare, scias, continet illud opus.
Nam tegit ossa Senis, meritis ingentibus, alta
Indole, quinque fuit prosperitati pari.

Ecquis

Ecquis LOESCHERI numeret monumenta laborum,
Quos calamo subit, quos simul ore dedit?
Et satis efferret quis mentis acumina laude,
Eius quis laudet prouida facta satis?
Corporis at uires quis? quis ualidamque senectam,
Quis digne celebret fortia senis?
Natorum numerum, & sortis fastigia faustae
Quis? quis Natarum praedicet omne Decus?
Verbo: Mortales quam possunt poscere, Diuus
Absuit a summa prosperitate parum.

Obseruantiae singulari in Gentem LOESCHERIAM,
Eiusque in se meritis pie dedit

FRIDERICVS STRVNZIVS,

P. P.

Sic aerumnosis longisque laboribus aegrum
Ad requiem corpus mors inopina vocat.
Sed quoniam nostris nomen pernobile terris
Eripit, hinc gemitus commouet vn̄a graues.

Mosius fecit

JO. FRIDER. WEIDLERVS,

Infer. Mathem. P. P.

Embea conticuit divini buccina Verbi,
LOESCHERVS, magnus religionis Atlas.
Eheu! conticuit nobis, viduamque cathedram,
Quae gemit hunc obitum, liquit utramque, dolor!
Sic pietas, gravitas, sacrique scientia Veri,
Consilium & zelus contumulata iacent!
Sed genus in fausta succrevit prole; perenni
Quod summum Numen prosperitate beet!
Quae vacat, ut digno cedat, provincia, faxit,
Quae praesto est fides, gratia larga poli!

Venerabilis, dum viveret, in Christo Patris, Praeceptoris
& Hospitis benevolentissimi, obitum sic luget

JOHANN CASPAR HILDEBRANDT, D.

SS. Theol. Prof. Publ. Extra. Ord. & ad D. Mariae Archi. Diac.
p. r. Ephoriae & Pastoratus Virembergensis Vicarius.

O DILECTE DEO! cui nunc excedere mundo
Contigit & celi scandere ad astra poli!
Namque satis poteras nobis meruisse videri,
Te faciant celebrem cum tua gesta satis.

Sic funera celeberrimi LOESCHERI lugub. prosequitur

MICHAEL BALTHASAR HILDEBRANDT, D.

Exactis

Exactis alter vix voluitur orbibus annus,
 Cum strueres Coelæ, tristia dona, rogam;
 In cineres tandem Ipse, tuis languoribus impar,
 Nunc abiens, caelo redderis atque Tibi.
 Salve ergo, summi factus nunc aetheris heres,
 Et fruere æternis, quæ Tibi parva, bonis.
 Vive, videns superos, intermistusque beatis,
 Caelica cœlesti gaudia mente cape.

Obitum viri quondam Summe Reverendi, deque Ecclesia &
 Athenæ Wittebergenſi immortaliter meriti, lugens
 scribeb.

JOH. FRID. WOLFF / D.

LOESCHERVS liquit vitam, vitamque recepit,
 Vita recens vitam deseruisse fuit.
 Nam mors ex vita nos ducit frigida, pulchra
 Ut sanctis vita vita beata fiet.

JOH. CASPAR BRENDEL, D.

LOESCHERO exanimi cessant oracla Senatus
 Sacri, quæque Senex Ordinis ille gravi
 Consilio dederat, Præco nunc definit urbi
 Posse loqui, dixit qui, facienda, satis,
 Divi quin cineres hæc ipsa qui ade repositi,
 Dictorum facient nos meminisse diu,
 Ille DEO propitior, tot tantaque pignora læta
 Gaudet, jacturam quæ superare queant.

JOH. TILEMANNVS, D.

Die wahre Kirche seuffzt / und die gelehrte Welt
 Vereinigt ingesammit mit Wittenberg ihr Klagen /
 Mein Atlas ist dahin / hört man sie weinend sagen /
 Da der / so mich bisher erhalten / niederfällt.
 Allein / wer siehet nicht / daß man ohn Ursach klagt?
 Denn Wßher lebet noch / Er lebt in seinen Schrifften/
 Die Ihm in aller Welt ein rühmlich Denckmahl stüffen/
 So lange nur iemand nach klugen Büchern fragt.
 Am meisten aber lebt Sein theures Ebenbild /
 Sein Fleiß und Seine Treu in den gelehrten Zweigen /
 Die Er / als Stamm / gezeugt / die bleiben uns zu eigen /
 Und sind mit Seinem Geist zwiefältig angefüllt.

Weil

Weil uns nun/ Seeligster/ dein Tod gar nichts entzieht/
So fassen wir uns bald bey allgemeinem Leide/
Und ruffen: Gehe hin zu Deines H. Erren Freude/
Allwo Dein Angesicht den Höchsten ewig siehst.

CHRISTIAN TEMMICH/ D.

Occubuit ^{pro} *Heu!* LOESCHERUS crudelibus umbris, / *Occubuit pro!*
Divini verbi Praeco disertus erat.
Tradidit intrepide Supremi dogmata vera,
Confessus Christum salvificante fide.
Hinc Musarum turba gemiscit syrmate pullo,
Et pietas luget relligioque simul,
Ipsius tumbam signantes carmine tali:
In. Paradiso. sit. grata. quies. animae.

D. JOHANNES GODOFREDUS KRAUS.

Post tot, Diue Senex, rerum discrimina victor
In coelis lauro tempora cinctus ovas.
In liberis librisque Tui est pars magna superstes,
Doctorem unicus semper in ore virum.

Lugens adiecit

CHRISTIAN. JACOB. HEIL, D.

Laudandus merito, qui post haec fata relinquit
Virtutis famam, perpetuamque fidem.
Loescherus Praeful laudemque meretur eandem,
Qui quoque uirtutis temper imago fuit:
Hinc ejus casum deplorant denique ciues,
Mittunt & Murmur flebile Pierides.

b. p. l. f.

CHRISTIANVS HOFFMANN/ D.

Was ist beständig wohl in dieser Sterblichkeit?
Was ist, das wohl erfreut/ und nicht zugleich betrübet?
Hebt uns das Glücke hoch/ es währet kurze Zeit,
Und stürzet wiederum/ wie die Erfahrung giebet.
Man schau das Firmament/ wie oft es anders geht/
Heut lacht der Himmel selbst/ und morgen läst er Thränen;
Heut spielet Zeph, i lind/ bald/ bald der Aeol weht/
So pflegt es herzugehn! Wer wolte sich dann sehnen/

D

Auf

Beil

Auf diesem Erden-Ball der Welt ihr Spiel zu sehn?
Dich / o Du Seeliger / Dich hat das Glück erhoben/
Und hat Dich nie gestürzt, wies andern pflegt zu geh'n/
Du lebtest selig hier / nun aber selig oben.

Dem Seelig-Verstorbenen zu letzten Ehren, und denen
Hochbetrübtten zu Trost, setze dieses

CHRISTIANVS LEMCKE, D.

Sat, quod naturae, fatis est, quod vixit honori,
Sat sibi, sed nondum sat, Viteberga, Tibi.
Ergo, quem vivum Te sat coluisse, negabas,
Nunc cole, nunc Ejus molliter ossa tege.

Ex cultu erga Senem Venerandum sc.

JO. CHRISTIANVS ORTEL, D.

LOESCHERVS moriens nullo morietur in aevō,
Namque sua in celebri Prole superstes erit.
Possē sui similes, post fata, relinquere Natos,
Pars est humani non inhonora Boni.

Haec observantiae causa adiecit

EPHRAIM GOTHOFREDVS REICH, D.

Leucoris haud dudum laetis errabat in arvis,
Quae largis vidit pubescere fructibus, inde
Laetitiae dare signa juvat, vult edere plausus.
Ast subitos casus! Quantum est in rebus inane?
Vix sentit dulces, hilariq̄, sub pectore, motus,
Cum gremium rursus lacrymis impleret obortis.
Barbara mors, inquit, crudelis, nescia flecti,
Funera si densare placet juvenumque senumque,
Ne placeat, vereor, nihil hac & in Urbe relinqui.
Non referam, pergit, tot Nomina clara Virorum,
Tempore quos parvo rapuit violentia lethi.
Eloquar an fileam? Subit irreparabile damnum.
LOESCHERI, queritur, triftis jactura Verendi,
Ornat barbae sancti quondam quem culmen honoris.
Plura dolor vetuit, vox artūs faucibus hæsit.
Sed dum lingua filet, gemitus, lacrymaeque loquuntur.

Obitum celeberrimi Theologi ita lugetas

JOHANN. GEORGE CONRADI, D.

Heu! iterum lacrimas Te, Pallas, fundere oportet,
An nondum siftes, nonne sedabis eas?

Heu!

*Hen! Tibi quae fortuna? breui duo funera planxti,
Tertius hen! nauem nunc quoque turbo ferit.
An durare potes coeli tam ferrea fata?
Fata, quibus montem Leucoridesque premit?
Quid uero uerbis opus est, quid opusue querelis?
Scimus LOESCHERVM niuere in arce poli.
Hinc ili potius gratemur gaudia tanta,
Gratemur merito, tot superasse mala.
Terra, cane Senex, Tua molliter ossa quiescant,
Inque Tuis Liberis fama perennis erit.*

JOHANNES ROETHINGIVS, D.

Vadito, DIVE SENEX, coelestia regna teneto,
Quae scis a seclis esse parata Tibi.
Tu desiderium post Te pertriste relinquis,
Fortiter afflictos erigat ipse Deus!

Observantiae causa scrib.

J. T. HOLSTEIN, D.

Sic abiit nostri subito laus maxima templi,
LOESCHERV Sque oculos clausit in orbe suos.
Ecce! genae lacrymis tristes rorantur obortis,
Bustaque Leucoream tristitia flere uides.
Nec mirum est, quoniam, qui felix Nestor habetur,
Plus quoque moeroris, cum cadit ille, dabit.

ABR. VATER,

Phil. & Med. Doct. & Prof. Publ. Extra-Ord.

In Domino obdormis placidam post, Diue, Senectam,
Exemplo omnino cum Simeone pari.

Leniendi doloris causa apposuit

JOH. THEOD. NEUMANNUS, D.

LOESCHERVS moritur, tumulo pia turba solennes
Inferias sollit, cineres venerata Theandri,
Prestanti ingenio, qui scrutabatur abyssos,
Scripturae & veterum, cum cura, arcana scholarum.
Soluitur in lacrymas, miscens lacrymabile murmur
Leucoris ante rogam, lugent cathedraeque focique.
Sed Vos, qui tumulum lacrymarum rore rigatis,
Fortunam gaudete Senis, non funere tali,
Candidius post haec vllum comitabitur orbis.

CASP. HENRICVS NEVMANNVS,

J. V. L.

RGas

Was soll ich DM zulest/ Berühmter Löcher/ schreiben?

Es ist dein Ruhm zu groß/ und dieses Blat zu klein.
Jednoch will ich nicht allein zurücke bleiben/
Wohl an! Es mag denn bis der kurze Inhalt seyn:
Wenn in der alten Zeit des HERRen Knecht erschienen/
Der in dem Heiligsten vor die Gemeine bat/
Und den ergrimmten GOTT bedacht war zu versühnen/
Wenn dieser/ schreibt man/ nun aus dem Vorhang trat/
Und sich vernehmen ließ: Es sey die Schuld erlassen/
Hab das gesammte Volk die Augen stöcklich auf/
Und ließ des Priesters That in sauber Messing fassen.
Doch lasse man nur Zeit und Jahren ihren Lauf/
So frist oft das der Rost/ was nicht die Diebe stehlen.

Ein besser Denkmahl trifft der Grosse Löcher an
In unsern Herzen selbst/ kan wohl die Warheit thien?
Das aller Zeiten Macht mit Nachdruck trogen kan/
Nachdem Er einmahl ist ins Heilige gegangen,
Und Seine Ehren-Cron für GOTTes Thron gelegt/
Da, wo die Heiligen in reiner Seyde prangen/
Und JHM der Höchste selbst auf seinen Armen trägt.

Der Vornehmen Löcherischen FAMILIE zum Troste
schreibe

M. AVGVSTVS BOLF/ Prediger.

Bedenk/ O Wittenberg! was für ein Baum gefallen/
Mit Leber- und Lebens-Frucht/ mit Schatten-reicher Lust/
Es wird dir ja noch wohl in deinen Ohren schallen/
Wie Dir Dein Löcher hat ergöset Herz und Brust;
Er hat in GOTTes Haus sich emsig aufgeführt/
Vertrauet seinem GOTT/ von Kindes-Weinen an/
Nun wird Er ewiglich mit Himmels-Schmuck gezieret/
Ihr Seelen-Schnaße ^{lerner} was Euer Hirt gethan.

Dem durch viele Jahre um die Evangelisch-Lutherische Kirche Hochverdien-
ten und nummero hoch-Edelgen Herrn General-Superintendenten
zu unserverpflichten Nachrhm, den Hochbetraubten Vornehmen
Angehörigen aber zu einem Trost, wolte dieses wenige befüßen

M. JOH. HEJNICH NEJSMANN/
Prediger.

Qui mihi per tempus largus longum extitit hospes,
Qui mihi constanter contulit omne bonum, *ampla bona.*
Quique mihi Sophies caelestis tradidit artes,
Mente animoque mihi qui pater alter erat,
Hunc ego defunctum ter tristi lugeo fato.
Injustas lacrymas quis dicat esse meas? *peius*

Hoc piis manibus Viri Summe Reuerendi, Hospiti atque
Praeceptoris quondam sui Honoratissimi, sacrum esse
volebat

M. JOH. EPHRAIM HARTVNG,

V. D. M.

Tristior

Tristior it coetus sanctus, clausamque sepulchro
Canitiem lugens venerando in funere voces
Effundit *facras*, laudesque & pondera vitae *suas*
Colligit, hinc lacrymas lacrymis miscere iuvabit.
Dilecti manes, & adhuc pars altera nostri,
Vicistis cunctos maris implacabilis aestus,
Ossaque delicias capiunt tumuli instar amoeni
Horti, O! quam pulchre revirescunt fronde recenti,
Sic spirant, referant ut cuncti talia dicta:
Hic Tumulus lusti est, ostendens atria Coeli!

*Luctum observantiamque erga Maxime Venerabilem
LOESCHERVM restitutus adiciere debuit*

M. CHRISTOPH. LVDOV. STIGLITZ,
SS. Theol. Cand. & ad D. Wenceslai Numburg. V. D. M.

Nun hat das graue Haupt die Sternens-Burg erföhren /
Der Haron dieser Stadt / den uns der Tod geraubt /
Das Licht der Heiligkeit hat seinen Glanz verlohren /
Es klagt bis Eib-Athen / nun stirbt mein graues Haupt!

Ein theurer Gottes-Mann / der recht und wohl gelehret /
Giebt allen gute Nacht / und gehet Himmel an /
Wer diesen Lehrer hat mit Andacht angehört /
Der seuffzet: Ach! es stirbt ein theurer Gottes-Mann.

Mein Herze denckt daran / als ich hieber gekommen /
Da floppie an der Tod bey Dir / Du Gottes-Mann /
Du hast noch viermahl sechs und ein Jahr zugenommen
In Deinem Lebens-Kauff / mein Herze denckt daran.

O großer Gottes-Mann / Du hast mich wohl gelehret /
Ich dancke Dir dafür / daß Du mir Kund gethan
Den Weg zur Seligkeit / mich dadurch so belehret /
Daß ich wohl sagen mag / O großer Gottes-Mann.

Mein Lehrer / ruhe wohl in Deines Jesu Arnen /
Gott mache Dein Geschlecht des Segens immer voll!
Er wolle Dessen sich zu aller Zeit erbarmen /
Ich aber seuffze noch : Mein Lehrer / ruhe wohl!

M. Hermann Becker / Adj.

Est doctos inter celebris Vir, munere clarus:
Tractatus varios qui edidit, arte bonus.
Huic sermone pio SELIGMANNI quoque busta,
Anno converso, condecorare lubet.

Convocat hinc auditores programme culto,
Doctrina insignes commemoratque Dominus.
Oblatum programma sibi LOESCHERVS Epopta
Contentus legit, pauca notando simul:
Jamque tenere gradus Natos, quam scribit, honoris,
Auctor, majores: gratia quanta DEI!

E

Ex

Ex multis quatuor producit stemmata clara
 Orator, quantum quisque studet:
 CARPZOVI, est OLEARI, LOESCHERI, LYSERI,
 Hinc SELIGMANNI splendida satque Domus.
 Pignoribus faustam, doctrina conspicuamque,
 Sublimem meritis quamlibet esse patet.
 Quae tamen emineat, Praeses decidat Apollo:
 Decreto cuius nos quoque stare iuvat:
 Qui genitor prolem potiore, totque nepotes:
 Doctores plures dinumerasse potest:
 Officio gnatos admotos fidere fausto,
 Conspexit, senio grandior atque fuit:
 Huius, praee reliquis, dixit, praestans Domus esto:
 Conclamant Musae, plaudit & ipse chorus.
 Floreat illustris LOESCHERI jamque propago:
 Extollatque caput: sit benedicta Domus!
 Stipitis e casu Venerandi, vulnus acerbum
 Inslicium, sanet dextra benigna DEI.
 Qui celebrem linquit subolem lectosque nepotes,
 Quum moritur; Vrvit perpes in orbe, polo.

Elogio & solatio apposui

M. GEORGIUS MICHAELIS CASSAI, Hungar.
 Collegii Philosoph. Auctior.

Wösch! nun! Verstorbner Greiß / die Lebens-Ampel aus?
 Verläßt der matte Geist der Erden Jammer-Haus?
 So ist! Denn heute soll Dein Leib der kühlen Erden /
 Dein Ruhm der reinen Lehr / bey uns vermählet werden /
 Deswegen gönne mir / daß ich bey Deiner Beufft /
 Die mich fast selbstn icht zu Deinem Lobe rufft /
 Den letzten Ehren-Dienst in kurze Worte fasse /
 Und Deinem Sarge noch die Beyschufft überlasse:
 Hier schläfft zwar Löschers Leib / doch Seines Namens Ruhm
 Bant / bey den Lebenden / ein ewig Eigenthum.
 Den Mund / aus dem zuvor die Lehre rein gestossen
 Hat zwar der Parren Hand zu unserm Schmerz geschlossen;
 Doch / hört man Ihn nicht mehr / so rufft das G'Dres-Haus /
 Und die Catheder / noch den Ruhm von Löschern aus.

M. Gottfried Wagener / Fac. Phil. Adj.
 & Lycei ConR.

IN TVMVLVM
 DIVI
 LOESCHERI

Hoc, quisquis peregrinus, & uiator,
 Circumfers oculos, pedesque, templo,

Illud

Illud respice, lacrymante uultu,
Diu LOESCHERI, precor, sepulcrum.
Hic, hic nam probitas, fidesque prisca,
Et mens integra, pectus aequitatis
Plenum cum Diuo simul recumbunt.
Quod si fletibus eximi tenebris
Fas quemquam foret, ipse reddidisset
Hunc terris Deus. Vt tamen piorum
Sedes incolat, & Tonantis
Eius spiritus, aureumque caelum,
Ipse Deus iustum, & pium putauit.

Memoriae Diui uiri sacrum, hoc esse cupit

JO. CHRISTOPHORVS COLERVS,
Ord. Philof. Affessor.

Saxoniae lumen, sancti decus Ordinis ingens,
Summus Theologus, meritisque annisque verendus,
LOESCHERVS moritur. Satis est. Nam cetera novit
Christiadum, quaque diuisa est orbe, cetera.
Fallimur at. nam vixit adhuc venerabile Nomen,
Aeternum in Natis, Genero, scriptisque perennans.

Memoriae summi Theologi

M. CHRIS. BERNHARD. BÜCHER,
Fac. Phil. Aff.

Sic quoque LOESCHERVS lumen vitale relinquit,
Doctrinae custos, Ensellesque decus.
Scilicet indomitum nulli scit parcere fatum,
Abripit hinc vegetos, hinc meritosque Senes.
TV vero LOESCHERE ferocia fata domare
Intrepidus nosti, & regna beata subis.

Observantiae & submissionis testanda causa f.

M. FRIDER. JACOB. FIRNHABER,
Fac. Phil. Adj.

Anchora nostra cadit, nostri spes ultima saeculi,
LOESCHERVS moritur, mæsta cupressus adest.
Præcipuus Doctor, magnusque Piusque sacerdos
Occidit, atque Pii sic abijt ille die.
Esse suum sumus nunc totus clamitat orbis,
Atque sacrae cohors tristitia multa canit.
Sic cecidit Victor toties, Dux flebilis orbi
Et rector populi praesidiumque sui.

Reliquias

*Reliquias in Te cernit saeculi melioris
Posteritas: Nomen tale perenne manet.*

Ex observantiae lege scriptis

M. JVST. CHRIST. THORSCHMIDT,
Fac. Philosoph. Assessor.

Quem Gravitas, Candor, Pietas & vera docendi
Commendat studium, non obituros, obit.
LOESCHERVS nobis aufertur! Plangite Musæ!
Christi plange cohors! Inclyta plange Domus!
Sed fat sit planctus! Doctum sua fama perennat,
Et prodit iustum clara senecta Virum.
Nec dici poterit defunctus, cui sua restant
Fulcra bonæ famæ, Christiadumve Decus.
Quare pro luctu mittamus ad aethera voces,
Ut semper vigeat LOESCHERIANA Domus.

M. HIERONYM. WIGAND BIEL,
Adj.

Summus Theilogus LOESCHERVS lumina claudit
Morte satur vite, tectaque sancta subit.
Hunc merito lugent sacer Ordo, Pulpita sacra,
Musæ deplorant, Leucoris alma dolet.
Hunc Stirps illustris mæret, Patremque celebrem
In vidis porro voce gemente cupit.
Sed Divum rerum commendat gloria summa,
In scriptis ~~hæc~~ nomen perenne manet.

Lugens adjectiv

M. JOANN. ZACHARIAS HILLIGER,
Ord. Philos. Ass.

Haud immatura praevenit morte relinquit
Terras LOESCHERVS, Christe, Tuumque gregem.
Haud matura tamen, nunc VIR VENERANDE, videtur
Mors Tua, cum graviter Styx Acheronque furit,
Quis Tu consilio noras occurrere forti,
Atque rogante truces sistere voce minas.
In veros igitur gemitus hinc solvimur omnes,
Plangimus & coetus tristitia fata pii.
Quam facimus, farci iacturam, SVMME JHOVA,
Et LOESCHERI ut sit florida, fac, SOBOLES.

Summum dolorem & observantiam his restatur Splendissimæ
Familiae

M. DAVID BERNARDVS,
Ord. Phil. Assessor.

LOESCHE-

L OESCHERI MAGNI placidam dum nuncia mortem
 Fama refert, moestis ora rigat lacrymis.
 Ora rigat lacrymis, caput & redimita cupressu,
 Tales confestim fundit ab ore sonos:
 Deposuit, fessis humeris, onus, haecenus Atlas
 Quod tulit egregie, Leucoris alma, Tuus.
 Exiit ex mundo, linquens lacrymabile tempus,
 Et lactus coeli gemmea tecta petens.
 Ast nomen tabulis insertum, nulla uetustas
 Atteret, aeternis, duraque nulla dies.
 Hoc etenim dudum uirum uolitare per ora
 Constat. Et in natis stat sine fine decus.
 Hosce, quousque patet, uastus iam suspicit orbis,
 Actibus in cunctis, quas coluisse iuuat.
 Hos sanctus Christi coetus miratur, & optat:
 Heroas utinam hos semper habere queam!
 His humeris innixa manent mea gaudia firma,
 LOESCHERIVM miscet dum mea bella genus.
 Sed Themidos pariter sunt his mysteria nota;
 Atque arcana patent artis Apollineae.
 Hinc o Felicem, cui sic fortuna benigna,
 Ut daret illustrem hanc cernere progeniem!
 Hanc genitor uiuus uidit, fuit atque beatus.
 Quid? numme ante obitum nemo beatus erit?
 Nemo beatus erit, solus, quem Christus in ulnis
 Pascet lacticiis, ille beatus erit.
 Hinc etiam antistes Venerandus tendit ad astra,
 Et merito Christi gaudia parta capit.
 Dixerat, & uacuas subito euanescit in auras.
 Ast adstans fudit talia uerba cohors:
 LOESCHERVS NOSTER, quem mens uenerabitur usque,
 Vitam dum finit, desit ille mori.
 Vixit enim, carpens post tot tantosque labores,
 Et dulcem requiem, & gaudia amoena poli.
 Vixit & in terris uoluitans super aethera nomen,
 Dum quisquam sancte dogmata uera colet.

Obseruantiae debitae causa apposuit

M. JOH. ANDREAS CLEFFELIVS,

Fac. Phil. Assessor.

F

Luge

Ecce! Pius * moritur: Quid? num moritur Pius? Ecce!
Non moritur: Pietas namque perennis orat.
LOESCHERI, qui Theologi decus ordinis ingens,
Doctrina excellens, ac pietas moritur!
Non moritur: Nam felici in sobole utraque vivit,
Gloria LOESCHERI sic sine fine manet.

* Dies emortualis B. Antifitidis Generalis in factis nomine Pii notatus est.

M. JOH. G. BOHN,
Ord. Philof. Assess.

Luge, Saxo, Virum, quem tota ecclesia lugeat,
Cum quo tot pereunt, tot tumulantur opes.
Nam tot virtutes uno conduntur, ut, unum
Omnes, addubitem, posse referre Virum.

Supremis incomparabilis Theologi honoribus adpos.

M. JOH. CHRISTIANVS ERNESTI,
Fac. Philof. Assessor.

Concio sacra dolet. Fletus Academia fundit,
Protinus in lacrimas it scbola nostra graues.
Quae tanti ratio luctus? Quae causa doloris?
Magni LOESCHERI spiritus astra petit.
Spiritus astra petit? Diuo sic est bene factum.
Siste, cliens, lacrymas, clara Domusque, Tuas.

Pietas

M. MARTINI KNOBLOCHII,
Lyc. Vitemb. Rectoris.

Du warest / Zheuerster / ein Muster und Exempel
Der reinen Lutbers Lehr / so Heuchlern ist verhasst /
Nun rufft Dein Heyland Dich aus seinem Haus und Tempel /
Und bringe Dich durch den Tod dahin / wo Ruh und Rast.
Wohlan! so gehe dann zu Deines HErren Freude /
Geh' ein / Du treuer Knecht / Du hast hier wohl gelebt /
Genieß' in Ewigkeit der frohen Himmels-Weide /
Wornach Du auf der Welt im Glauben hast gestrebt.

Mitleidend schriebs

M. George Friedrich Nau
Diener des Göttl. Wortes.

Post Lunam, Sol ipse cadit! Palescite, stellae,
Nil nisi nunc imbres, Sole cadente, cadant.

Extincto

Extincto Sole, o, tenebrae, ne condite Stellas!
Stella dehinc quaeuis, Sol uelut alter, erit.

Sic, si,

Soles occidere & redire possunt,

uel in Stellis suis,

quas, hoc crepto Sole, pro Sole,

uenerari non desistat

M. SAMVEL CNAVTHIVS,

Biblioth. publ. in Acad. Vitteb. Praef.

Ich! soll ich / Seligster / Dich endlich auch verlihren /
Der Du mich iderzeit mit Rath und That erfreut?
Wen wolte der Verlust nicht recht empfindlich rühren /
Da man der Nützlichkeit Cypressen hat gestreut?
Ich muß / zu Deinem Ruhm / das öffentlich gesehen /
Du lieffest mich niemahls betrübet von Dir geben.

Das ist das erste mahl / da ich mit vielen Thränen
Von Dir / Hochtheurer Mann / heur Abschied nehmen muß!
Das Herze bricht mir recht / wenn ich das soll erwöhnen /
Wie still ich immermehr den herben Thränen - Guß?
Nun / dacht ich / soltest Du auch denen Weinen dienen;
So ist Dein Sterbe - Tag / zu meinem Leid / erschienen!

Doch / Dir ist wohl geschehn / denn gönñ ich Dir die Freude /
Die Dir des Höchsten Guñt / am Christl willen / schenck.
Hier sind wir doch von Angst / als dem All - Tages - Kleide /
So Tag / als Nacht / umhüllt / und stetig eingeschrenck.
Dem allen bist Du nun / nach Deinem Wunsch / entgangen /
Nun kanst Du ewig dort mit Glantz und Cronen prangen.

Mit diesem Wenigen wolte seine gehorsamste Nicht gegen
seinen im Leben gewesenen Hohen PATRON, und ge-
gen die ganze Hohe FAMILIE an den Tag legen

M. JOHANN HEDELN / Vitemberg. Sax.

Pastor zu Wenden, Stackelitz und Hundelufft
im Anhaltischen.

Integer ac equus vitam qui transigit omnem,
Ille potest vera prosperitate frui. *

Sic studuit Divus LOESCHERVS ducere vitam:

Hinc felix ejus vitaque morsque fuit.

Gaudemus merito summa de sorte Beati,

Ethereis quam nunc sedibus Ille tenet:

Ast etiam merito stentes amissa dolemus

Nuper in amisso commoda magna Viro.

* Alluditur his ad Textum Beati Iulianem ex Pf. XXXVII. v. 37.

Debita observantiae causa haec adposuit

JOH. GODOFREDVS THOMÆ, Cant.

& Chor. Mus. Dir. ad ædem Marianam.

103

Hochheurer PATRON! Soll ich Ihn noch abkaffen
 Den längst verdienten Dank zu dieser Trauer Zeit?
 Mich schmerzt's / daß Er erblast / und wie ein leichter Schatten
 Dahin geflohen ist aus dieser Sterblichkeit:
 Daß Wittenberg sich auch gar sehr darob betrübet /
 Und Der Werthes Haut gang schwarz beschreibet steht /
 Weil Ihm das / was es hat von Herzens-Grund geliebet /
 Anßz unerochafft von seiner Seiten geht.
 Was Erfürth hat von Ihm nach Herzens Wunsch erfahren /
 Was auch die Schwaben-Stadt / das Jock auß wohl gewußt /
 Nebst andern vor ger Zeit / und vor nicht wenig Jahren /
 Das lag / o Aaron! in seiner theuren Brust.
 Er hat bisher gedient den Starcken und den Kranken
 Mit Lehr und süßem Trost im edlen Elb-Arthen /
 Und muß zu dieser Zeit aus diesen Lebens-Schranken
 Ins schöne Paradies mit Vieler Trauren geh'n.
 Mit Vieler Trauren / ach! ich sag / es hat verlohren
 Hiedurch die Musen-Schaar den Hochgeschätzten Mann /
 Der Ihr vom grossen G-Ort zum Lehrer war erfohren /
 Hinführo aber Sie gar nicht mehr lehren kan.
 O grosser Schmerzt! o Leid! mein Pharus / der da machte /
 Daß ich mit meinem G-Ort dort bey der Musen Chor
 Mein unermögend Schiff zu seinen Hafen brachte /
 Beschüllet mich nun auch in einem schwarzen Flohe.
 Denn weil Sein Hohes Haupt von himen weggenommen /
 So ist mein Angesicht auch ganz damit behüllet.
 Mein hochbetrübetes Herz hält solche Angst bekommen /
 Daß es benehft dem Mund mit Achzen angefüllt.
 Weiß ich ein liebes Kind vor Elend kaum zu lassen /
 Wann es der höchste G-Ort zum Waisen hat gemacht /
 So kan und weiß ich mich auch kaum hierbey zu fassen /
 Weil mich Sein grosser Fall in gleiche Noth gebracht.
 Mein Vater ist hinweg / der mich als Kind geliebet /
 Der vor dem Tode noch für mich gesorget hat /
 Denn weinet mein Gemüth / und ist gar sehr betrübet /
 Betrübet biß in Tod / und weinet früh und spat.
 Doch will ich Lebenslang hoch rühmen und sehr loben
 Die viele Gürtigkeit / so lang mich trägt die Erd /
 Sein Nahme soll von mir seyn Himmel hoch erhoben /
 Weil solcher es verdient / auch würdig ist und werth.
 Indessen ruh Er wohl in seinem finstern Grabe /
 Weil Sein hochheurer Geist bey G-Ort versorget ist;
 Er aber ist / den ich ungeru verlohren habe /
 Dingen bin ich der / der Seiner nicht vergist.

Hiermit wolte sein höchstes Mitleiden über dem Hochseel. Absterben Sr. Hoch- & Erw.
 Magnificenz, als seines Hochtheuren Patrons und grossen Wohlthäters, schuldigst bezeugen

M. G. W. F. J. E. D. P. A. D. E.
 Rector zu Jessen.

Der stets an Vaters Statt vor mich auch Sorg' getragen /
 Den muß ich leider! nun als Todten sehr beklagen.
 G-Ort woll mit solchen Mann versehen des Sorgers Statt /
 An dem die ganz Gemein ihr best Vergnügen hat.
 Dieses klaget und wünschet von Herzen

Johann Heinrich Eifenguth /
 Jungfer-Schulmeister.

† † †

Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 117
W 118



SVPREMVM OFFICIVM

V I R O

MAGNIFICO, SVMME REVERENDO
AMPLISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO
CASPARI
LOESCHERO

THEOLOGO

DE ECCLESIA LVTHERANA

IMMORTALITER MERITO

IN ALMA HAC LEVCOREA THEOLOGIAE
PROFESSORI PRIMARIO


EIVSDEM FACVLTATIS ET TOTIVS ACADEMIAE SENIORI
CONSISTORII ECCLESIASTICI ASSESSORI
ECCLESIAE PAROCHIALIS PASTORI
ET CIRCVLI ELECTORALIS

SUPERINTENDENTI GENERALI
GRAVISSIMO

DIE XI. IVL. ANNO c13 1300 XVIII.

CVM MAXIMO OMNIVM BONORVM LVCTV DEFVNCTO

IPSO EXEQVIARVM DIE



Farbkarte #13

B.I.G.

